



De novo si fiat investitura, nominatum & de certa re oportet fieri. Hec investitura a muliere feudum quosdam non valet: quibusdam valere placet: quae sententia minor est. A minore autem 18. annorum non valet: hoc etiam de minoribus ann. 25. assertur, ut quibusdam placet. A prelati Ecclesiarum vero tradi, & legitime dici potest, quod si aliter intelligeretur, nullum beneficium ab ecclesiasticis personis datum retineri possit. Dicitur etiam quod si conjuncte 3. personae gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quod duos confimiles vasallos acquirere possit, inutile est beneficium.

TIT. XCII.

JUSTO ERRORE EXCUSARI VASALLUM QUI FIDELITATEM NON FECIT.

Quicumque paratus est facere bene fidelitatem domino suo, prout pater fecerat, fidelitatem patri vel antecessori domini, dum tamen haec bona fide dicat, & non dolose, sed justo errore, omnino condemnari non potest. Cum enim controversia est inter ipsos, per antiquitatem feudi, vel per breve testatum, vel per testes domino incumbit probatio, alioquin per vasallum veritas inquiratur.

TIT. XCIII.

FACTUM FRATRIS FRATRI IN FEUDO PATERNO NON NOCET.

Quoddam satis bene dispositum ad utilitatem, & ad perniciosa calliditatem destrudam, in scriptis inserere curavimus. Quidam 6. miles bina beneficia a duobus dominis, prout solum est, acquirat: qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se dividentes, alter eorum suo domino pro beneficio quod ad eum venit fidelitatem nullo 7. anteposito, sicut pater fecerat, fecit. Alter vero frater alteri domino similiter pro suo beneficio, quia alium nullum dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem fecit: defuncto posteriore fratre sine filiis, utrumque feudum in unam, ut prius, venit personam; & sic dominus talem fidelitatem querit, qualem frater ejus fecerat: quas alterationes amputantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil superstiti obesse: licet in secundam & tertiam generationem, & usque ad infinitum pervenerit.

TIT. XCIV.

DE FEUDO GUARDIAE ET GASTALDIAE.

Quod nomine gastaldiae vel guardiae in feudum datur, ablata gastaldia vel guardia jure auferri potest.

TIT. XCV.

DE SUCCESSIONE FEUDI.

Quidam dominus habens beneficium, reliquit duos filios: & unusquisque ipsorum habuit duos vel tres filios: unus illorum fratrum decedit, una tantum filia relicta: portionem illius non 11. ad omnes superstitis, sed ad patruos 12. illius & suis posterioribus 13. pertinere dicimus.

TIT. XCVI.

DE INVESTITURA ALIENI BENEFICII.

Si quis accepit investituram alterius beneficii, inutilis est haec investitura: & qui sciens hoc agit, de evizione 14. agere non potest.

TIT. XCVII.

NON AMITTERE FEUDUM EUM QUI SINE DOLUS CESSAVIT PER ANNUM IN PETENDA INVESTITURA.

Inter 15. dominum & vasallum nulla fraus 16. debet esse, & inde potest accipi, si vasallus non dolose steterit per annum 17. quare investituram sui beneficii, non damnabitur. Dolus 18. enim abest, si iusta causa impediens steterit, vel etiam cum amore servitium fecerit domino conficio. Dicimus autem ut si contra 19. ea qua in fidelitate nominantur fecerit, beneficium carebit.

TIT. XCVIII.

EX DELICTO VASALLI FEUDUM AD DOMINUM REDIRE.

Vasallus habens feudum deliquit contra dominum, cui iudicatum est: agnati cum domino ligant, quidam domino dicunt pertinere: quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non 20. pertinere, donec 21. aliquis masculus ex delinquenti vasallo superest, alii vero contradicunt.

TIT. XCIX.

DE FEUDO LIGIO.

Si quis investitus de feudo ligio, pro quo contra 22. omnes fidelitatem domino debet, Lucio & Thio ex se descendentes filii, sibi

1 Ideo sequenda. 2 Prelatus res ecclesie infundare potest, at non dissipare. 3 Novell. 120. cap. 5. 4 Tit. 26. §. 7. vers. vasallus. 5 Vid. tit. 78. sup. eod. 6 Tit. 52. §. 2. sup. eod. 7 Hoc feudi ligii proprium est. tit. 99. sup. eod. 8 Tit. 2. §. 4. §. 3. 9 Vid. tit. 91. §. 3. eod. 10 Nisi aliud convenierit. tit. 105. sup. eod. 11 Tit. 50. in fin. sup. eod. 12 Ad fratres. Cujas. 13 Id est, posteris. tit. 1. §. 2. ff. de iustitia. 14 Evizione non agit qui sciens alieni beneficii investituram accepit. tit. 80. in fin. sup. eod. 15 Dixi tit. 52. §. 3. in fin. sup. eod. 16 Dolus inter vasallum & dominum interdicitur. 17 Et diem. 1. feud. 22. 18 Dolus exorbitat iusta causa impediens. 19 2. feud. 24. §. 2. vers. sed non est. 1. feud. 21. 20 Cuiusvis hanc negotiationem expungit. 21 Tit. 78. §. 3. eod. 22 Feudi ligii proprium hoc est, ut qui feudum ligium a domino accepit contra omnes ei fidelitatem debeat. tit. 52. §. 2. tit. 93. §. 3. eod. c. postulas de sent. & re iudic. ut

heredibus institutus, vita decesserit, divisione facta, si ad solum Titium feudum pervenerit, rationabiliter placuit eum solum fidelitatem sacramento esse obnoxium, ad quem solita feudi iura transferuntur, quod si ab alio domino Lucius postea feudum per investituram acquirerit, pro quo similiter ei contra omnes homines fidelitatem fecerit: decedente Titio sine liberis, ad quem devolvatur feudum, quod ex divisione habuerat, ad alium fratrem an ad dominum quari potest? & cum placet 23. quem legitimum hominem duorum esse non posse, videri potest feudum ad dominum pertinere. Sed rectius visum est feudum, quod per investituram acquirerit, impedimento ei non esse, licetque ei per 24. substitutum acceptabilem domino priori servire.

TIT. C.

IMPERATOREM FEUDUM AMITTERE VEL ALIUM PRO SE FIDELITER DARE.

Ex facto incidisse scio Fridericum principem nostrum 25. cum ab initio Dux esset, & pro Ducatu fidelitatem faceret, divino nutu postea Imperatorem creatum, petra ab eo fidelitate pro Ducatu, petenti domino respondisse, non teneri se fidelitatem facere, cum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, & ipse soli Deo & Romano Pontifici. Sed cum inistente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudenter visum est, feudum amissum esse 26., vel alium 27. Ducem in Ducatu constituendum, qui feudo servire debeat, & domino fidelitatem faciat.

TIT. CI.

ECCLESIAM FIDELITATEM NON FACERE 28.

De negotio super quo nos consulere voluisti, tibi secundum jus curiae & usum feudi breviter respondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per Ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas 29.

TIT. CII.

NON COGI VASALLUM PRO UNO FEUDO DUAS FIDELITATES FACERE 30.

Insuper etiam te instruimus esse volumus, quod si dominus a quo feudum tenebatur, diem suum pluribus heredibus relicto obierit: vasalli qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primo partentur: quoniam secundum jus feudi non debet quis duas 31. fidelitates pro eodem feudo facere.

TIT. CIII.

FILIOS TANTUM SECUNDI MATRIMONII MATRI IN FEUDO SUCCEEDERE.

Mulier quae feudum secundi viri contemplatione acquirerat, si ex utroque matrimonio superstitibus liberis decesserit, solos ex 32. secundo viro susceptos filios ad feudi successionem admitti, usu curiarum obtinuit.

TIT. CIV.

CASUS QUIBUS FOEMINA IN FEUDO SUCCEEDIT.

Si cui militi ad certum 33. servitium feudum fuerit datum, isque relicta ex se descendente foemina, decesserit, quae id servitium iuxta feudi conditionem non minus decenter 34. praestare possit quam masculus, est in investitura minime cautum sit, ut & foemina ad id aspirare valeat, eam tamen admitti rectum putamus, quinimo hoc casu, simul cum masculo in feudo eam succedere quidam putant, quod multo magis dignum observantia existimamus, cum feudum sic datum est, ut nullum pro eo servitium fiat, ut pleurae hodie feuda dantur. §. 1. Item si quis eo tenore de feudo aliquo sit investitus, ut in eo succedat foemina sicut 35. masculi, sive feudum id ad certum fuerit datum servitium, sive pro eo indeterminate fuerit promissum servitium, investito moriente in feudum succedat pariter & mares & foeminae, quoniam enim superstitite 36. masculo ex eo qui primus feudum adquisivit, foeminae excludantur, & si in maribus & foeminis fuerat acquiritum (ut in feudis regulariter tradi solet) sermone tamen investitura, nec non vim verborum & sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus in ejusmodi feudi successione non fecimus. §. 2. Jurgales 37. a quodam milite simul 38. de eodem feudo investiti fuerant, ut in se descendentesque suos id haberent. Hi ex se filio & filia superstitibus defuncti sunt, inter quos feudi quaestio agitur, masculus enim universum feudum sibi vindicat: foemina vero ad parentum feudum pariter cum fratre vocari se defendit, quidam pro masculo, quidam pro foemina pronuntiant. Eorum qui pro filia iudicant, sententiam sequendam esse censent, cum filia ex antedictorum iugalium contubernio superest, ex praedicta uxore alio suscepto masculo qui consanguineus ad eam frater sit. In caeteris 39. priorum sententia sane sequenda est: quod si sola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio superstiti masculo, ab hac luce subtrahi fuerint, feudum feindi fert prudentum nostrae civitatis opinio, ut dimidiam quidem partem foemina sibi acquirat, reliquam vero dominus aut ejus heres accipiat.

ne quidem Imperator excipitur, antiquiorque dominus. In iurisdictione non homologa excipitur. tit. 28. in fin. §. 1. eod. 23. Dnorum homologus nemo esse potest, ut ius non homologus potest. d. tit. in fin. 24. Facit tit. 55. §. 1. tit. 100. 25. Libri feudorum compositi videntur sub Friderico Imp. 26. Aliud in ecclesia, tit. 101. sup. eod. 27. Vicarius facta & substitutum, ut tit. 55. §. 1. tit. 99. sup. eod. 28. Id est, solam esse iuramentum fidelitatis, & haec derogatur legi generaliter conceptae, tit. 3. in fin. sup. eod. 29. Legitur maior Ecclesia quam imperatoris auctoritas. tit. 100. sup. eod. 30. Quid si plures feudum adquisierint? omnes fidelitatem facere debent, tit. 26. §. 4. vers. omnes. 31. tit. 55. §. 1. sup. eod. tit. 77. sup. eod. 32. tit. 26. §. 6. vers. maritus. 33. tit. 51. §. 7. 34. Puta, ut conquiret domini uxorem. tit. 2. in fin. sup. eod. 35. 1. feud. 1. §. 3. tit. 6. §. 1. tit. 8. §. 2. feud. 26. §. 4. vers. feudum ea lege. Vi huius pacti succedunt foeminae cum masculis. 36. Fuit ca. Gerardi sententia, de qua dicit 1. feud. §. in fin. ab omnibus recepta. 37. Id est, conjugae. 38. Ut tit. 85. §. 3. eod. 39. Huiusmodi feudum partim tamen, partim paternum, & haec mixtum. 39. Id est, quoniam filia ex eodem matrimonio fratres habet.

TIT. CV.

DE FEUDIS HABITATIONUM.

Feuda habitacionum 1. nisi 2. aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur 3.

TIT. CVI.

SERVOS POST DELATAM SUCCESSIONEM MANUMISSOS IN FEUDO NON SUCCEEDERE.

Quaestum scio, dudumque apud prudentes fuisse causam hanc: si servi 4, quibus macula 5. servitutis obstaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi successionem valeant aspirare? Denique post magnas varietates obtinuit sententia distinguentium, quo tempore libertatis donum affectus fuerit: ut si quidem eo tempore 6, quo coheres alter, utpote his constitutus inhabilitus, aut dominus quasi ad se devolutum vindicasset, ab ejus successione sint penitus alieni, ne quod legitime factum est, supervenienti facto postea retractetur: qui si re integra manumissi fuerint, in feudum recte succedere queunt.

TIT. CVII.

UT VASALLI SUMPTIBUS DOMINI SERVITIA PRESTENT.

1 Tit. 75. sup. eod. 2 Tit. 44. sup. eod. 3 Et de certa habitacione. d. tit. 74. 4 An servus investiri possit, vid. tit. 3. §. 1. vers. personam. 5 Servitutis macula. 6 In feudis delatae successiones tempus spectatur. Facit tit. 30. sup. eod. 7 Convento format contractum. l. 7. §. 5. §. 6. ff. de pact. 8 Sumptus domini.

TIT. CIX.

LIBER QUINTUS DE FEUDIS, QUO VARIAE CONSTITUTIONES IMPERATORUM AD HANC PARTEM JURIS PERTINENTES CONTINENTUR.

TIT. I.

CONSTITUTIO CONRADI DE BENEFICIIS.

In nomine sanctae & individuae Trinitatis: Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus, omnibus sanctae Dei Ecclesiae fidelibus & nostris tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod ad reconciliandos animos seniorum & militum, ut ad invicem semper inveniatur concordēs, & ut fideliter nobis & suis senioribus serviant & devote, praecipimus & firmiter statuimus, ut nullus miles Episcoporum, Abbatum, Abbatiarum, Marchionum, vel Comitum, vel hominum qui beneficium de nostris publicis bonis, aut de Ecclesiarum praediis nunc tenent aut tenuerint, aut hactenus iniuste perdidit, tam de nostris majoribus vasalforibus, quam eorum militibus sine 3. certa & convicta culpa suum beneficium perdat, nisi secundum consuetudinem antecessorum nostrorum & iudicium parium suorum. Si contentio emerit inter seniores & militem, quavis partes iudicaverint, illum suo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc iniuste, vel per odium factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec senior & ibi causa iuste determinetur. Senior vero & miles qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, sex 4. hebdomadas antequam iter incipiat ei cum quo litigaverit innotescat. Hoc autem de maioribus vasalforibus observetur. De minoribus vero in regno nostro, aut ante seniores, aut ante militem nostrum eorum causa finitur. Praecipimus etiam, ut si aliquis miles sine de maioribus, sine de minoribus, de hoc feudo migraverit, filios ejus beneficium tenere, si vero filios non habuerit, & aviatum 5. ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato vii majorum vasalforum in dandis 7. equis & armis suis senioribus. Si vero forte aviatum ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris, & si seniore offendum habuerit, sibi vult satisfacere 8. & miles ejus esse, beneficium quod patri sui fuit habeat. Insuper & omnibus modis prohibemus, ut nullus senior de beneficio suorum militum cambium 9. aut precarium aut libellum sine 10. eorum adensu facere praesumat. Illis vero qui tenent proprietario jure, aut per praepcepto suo proreum libellum, sive per precariam, nemo eum devestire audeat iniuste. Fodrum 11. autem de castellis quod nostri antecessores habuerunt, habere volumus: illud vero quod non habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis hanc iustitiam nostram infringit, auri optimi libras C. componat, medietatem camerae nostrae, & medietatem cum damnium illatum fuerit.

TIT. II.

CONSTITUTIO HENRICI DE CAUSIS AMITTENDI FEUDI.

1 Hoc libro continentur quaedam Constitutiones Imperatoris compilatae alicuius inter ab Hugolino. Cuius de feud. cap. 2. circa fin. & Borbold. Anl. 2. 1. feud. 1. §. 2. adde 2. feud. 34. 3. 1. feud. 21. 22. §. 2. 4. d. §. 2. 5. Vicarium. 6. Id est, nepotem ex filio. 1. feud. §. 2. 7. 2. feud. 12. 8. 2. feud. 51. §. 1. tit. 55. §. 2. 9. De cambio adde 1. feud. 4. §. 2. 22. §. 1. tit. 25. 10. 2. feud. 9. in fin. 24. §. 1. 11. Tit. 21. tit. 26. §. 4. vers. qui clericus. sup. eod.

Natumque esse ipsi rerum experimentis, nos ipsi cognovimus, fideles, nisi 7. aliud contractibus pactiones insertae desiderant, dominorum 8. sumptibus eisdem servitia ministrare. Jutum namque est, ut illi consequantur stipendium, quo tempore suum commodare reperitur obsequium, praefertim cum nec quisquam propriis cogatur impendiis militare, maxime cum extra 9. civitatis suae tentoria servitibus exhibendis eos convenit fatigare.

TIT. CVIII.

VASALLUM FEUDUM POSSE IN ALIUM ARCTIORI LEGE TRANSFERRE.

Nulla juris constitutione aut consuetudine, utique longevi observantia prohiberi sollicitus invenio, ut si quidem, archiori 10, quam ipse habeat, lege, feudum in alium ubilibet posse transferre.

TIT. CIX.

CLERICATU FEUDUM AMITTI.

Et iure & moribus receptum est, vasallum clericali 11. se militie dedicantem feudum amittere. Scriptum est enim in divinis eloquiis: Miles Christi serviat Christo: milites seculi serviant seculo.

co servitium praestare a vasallo. Vid. Ardizonem de feud. cap. 25. An & a libertis servitium eodem modo praestatur patroni sumptibus? minime. Vid. l. sui vobis. 18. ff. de oper. lib. 9. Vid. Curium 4. parte 1. causa ver. servia cadit. 10. tit. 24. §. 2. tit. 48. 89. in fin. 11. tit. 21. tit. 26. §. 4. vers. qui clericus. sup. eod.

Imperator Augustus Henricus secundus. De militum beneficiis quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideo ad Reipublicae statum quaedam statuimus. Si 12. quis ergo dominum obfuderit, vel vulneraverit, ipsum dominum suamve dominam obfuderit, vel eum cocubitaverit 13, vel contra ea, quae in fidelitate nominantur, fecerit, vel his supradictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expuret: si autem pares habere non poterit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat (usu vero curiali solus defendat). Si quis autem suorum parium idoneus tamen exinde se veritatem scire dixerit, & per pugnam cum fatigare voluerit, ut per 14. pugnam se defendat, edicimus. Si quis autem fuit, qui domino non servierit, parium laudatione beneficium amittat (curiali tamen usu id redimere potest pro medietate, quantum valuerit), sed si hoc defendere noluerit, duos vel unum saltem parium ostendat, & cum his se servisse iuret: & si pares parentive habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum 15. servisse iuret: (usu tamen curiali solus iurare conceditur. Qualiter autem videndo, tunc dicimus ut probet per testes servitium fecisse, & per se non stesit. Si autem aliqua inter dominum & vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerint, vasallus domino se representando servitium promittat, & si necesse fuerit, hoc probet iurejurando, saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, & dominus aliud servitium imposuerit, quod vasallus neglexerit, unde damnus dominum illatum fuerit usque ad fruges, feudatarius parium exiltatione dampno reficiat. De aliis vero culpis unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emenda.

TIT. III.

ALIA CONSTITUTIO HENRICI DE VASALLO QUI UNUM EX DOMINIS REFUTAVIT.

Imperator Henricus: si contigerit feudum iucuria, aut neglectu fidelis confortibus 16. applicari, nullum ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemptus illius fiat, ob quem feudum iure dimiserat. Sane qui aliter fecerit, quam quod mens saluberrime nosstrae constitutionis exposcit, beneficium se caritatis esse cognoscant, ita ut eis amplius sperare non liceat, seniori danda licentia tam ab ipsis eorumque posteris, quam caeteris detentatoribus praedictum beneficium vindicandi.

11. Annonam militarem 4. Ammonius 3. 13. 1. feud. 4. sup. & 2. feud. 38. 87. 12. Cause feudi amittendi. 14. 2. feud. 27. in princ. & §. 3. & tit. 39. §. 2. 15. Quod minimum est, ut infra. eod. 16. Id est, uni dominorum, ut 2. feud. 38.